Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Sic enim armabant fide & operib' uincentes. Vide denique quia sic scriptum
est. de eis. Crediderunt in quem dominum & moysi famulo eius. & tunc moysis
cantauit canticum hoc & dixit. Cantemus domino gloriose enim honorificatus
est. Ita ergo & nos fide plena. opa perfecta. in desinentes orationes. me
dtationem uerbi diuini. intelligentia spiritale colentes. & in his omnib'
uidit armis dimunitus. stemus aduersus insidias habuli. in uocantes
dm adiutorem nrm in xpo ihu domino nro. cui est gla & imperium cum
spu sco in ppetua secla seclorum. Amen

De eo qd scriptum est. Leuite non acceperunt hereditatem terre.

Sicut. Nombri. et. Exemplari. Diseruiunt celestium.
hi qui legem susceperunt que est illius uere legis umbra. ita exemplar
& umbram sequuntur diuisionis celestis hi qui in iudea hereditate
diuidunt. Erat quippe in eis ueritas. umbra uero & exemplar ueritatis
in terris. & donec umbra hec constabat in terris. erat hierlim ter
restris. erat templum. erat altare. erat & inuisibilis cultus. erant pon
tifices & sacerdotes. constabant etiam ciuitates & uici iudeorum & omnia
hec que nunc in hoc libro scripta recentantur cum uero in aduentu sal
uatoris nri di. celestis descendens ueritas de terra orta est & iustitia
de celo prospexit. umbra et exemplaria ceciderunt. Cecidit enim hierlim.
cecidit templum. altare sublatum est. ita etiam ut neque in monte ga
rizim. neque in hierosolimis sit locus ubi oporteat adorare. sed
uere adoratores qui adorant patrem in spu & ueritate adorent.
Sic quippe presente ueritate typus & umbra cessauit. & cum adesse tem
plum illud quod prospm di & uirtute altissimi in utero uirginis fa
bricatum est. diruta est templum ex lapidib' fabricatum. Aderat pon
tifex futurorum bonorum. cessant pontifices thaurorum. & hyrcorum. Venit
agnus di qui tollit peccata mundi. desinit agnus ex pecudib' adsumptus.
& neque quotidie celestis iugulatur. Igitur si hec omnia quippe in umbra poten
data fuerant presente & adsistente ueritate cessarunt. consequens